pecuniä. Quam quidem summam centum florenorum
Polonic is ipse recognoscens eis Andreae Mokronowski illi,
usßz successoribus, se, et suos successores in omnibus bonis suis
mobilibus et immobilibus haereditatibus et obligatis nunc habit
et in posterum habeñ tum et summis quibuscunis pecuniarijs
tam paratis, quam inscriptis inscribit et obligat, hinc pro
die et festo Purificationis Beatissimae Virginis Mariae
ni anno proxime venturo vidzt millo quingmo nonag.mo
octauo daturum, soluturum, atqz citra Acta Cancellaria
nrßz eidem Mokronowski realiter, et in effectu. repositu-
rum, numeraturum, ac relicturum, sub vadio similibus
summae aliorum centum florenoz. pol. pręditaz. Casu
non solutionis, et non repositionis eiusdz summae per
prænominatum Mniszowieckij, vel illius successores prę-
dicto Andreae Mokronowski vel illius successoribus, ad sol-
vendz toties quoties succumbeñ. Quod vadium in se
suos successores, ac bona sua universa libere prędictus
recognoscens assumpsit, assumitqz pro ipsis Pro quo
quidem vadio tum et summa principali citatus prąno-
minatus recognoscens, seu ipsius successores citari per prę-
nominatum Andream Mokronowski vel successores ipsius
ad quodcunqz officium Regni nri, tum et curiae nrae quem-
cunqz Marschalcum. Ex tunc facto recessu ut supra
in primo citationis termo tanquam peremptorio coram
eo officio ad quod attractus fuerit, stare parere, respon-
dere, et tam pro vadio prąfato, quam et summa principali
ab officio illo non recedeñ satisfacere, ac omne dampnum
pati debebit, ac tenebitur suiqz successores tenebuntur et

erunt astricti, ad quietationem de prämissis nullibi sibi
recipien. Renunciam etiam hac in parte omnibus exceptio-
nibus, dilationibus, motionibus, appellationibus, ac earum pro-
sequutionibus, pæna trium seu tertrium marc petuniæ
Polon. et alijs quibusuis iuris et facti remedijs. Neq; diffe-
ren. eundem primum terminum, et alios quosuis causa ipsi-
us terminos semper peremptorios, vera vel simplici in-
firmitatibus, actione pro maiori bellica expeditione con-
uentione Regni gnali vel particulari, statutis laudat.
et mi futurum laudan. bello, peste, interegno, seruitio mo
et Reipub. a legationibus, viis nris Regalibus, aqua-
rum mundationibus, pontium fractura, viarumq; qui-
busq; impedimentis, ac alijs quibusuis legalibus im-
pedimentis, ac diuerticulis et coloribus iuris, atq; defen-
sib, de iure vel consuetudine fieri et concedi solitis, ac
prorsus ml iuris remediorum con ptem missionem
sibi, suisq; successoribus mi auxilium assumen sub am-
missione sua et suorum successorum totius, et integra cau
nulla præscriptione terri in præmissis obstan. Quam
recognitionem prænominati Georgii Mussowiecztimo
dogs præmisso factam summa suprascripta, missiqio-
nem nos ratam, et gratam habere suscipi, atq; arbosan
cellaria nra mitti mandauimus. Volen ut robur su-
um obtineat. Atq in cuius rei fidem etc. Datt Varsa-
uia die septima mensis Decembris. Anno vt supra.

Relatio vt supra.

Henricus Hieronimus Ziolecki.

quietat Andream Slawoszowski.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quòd coram nobis et Actis Cancellariæ nræ Generosus Hieronimus Zielierski Cancellariæ nra Notarius, filius olim Gnosi Bartholomei Zieliecki de Wieliawiesz, personaliter constitutus mente et corpore bene sanus A terra, foro, iure, iurisdictioneq quauis sua propria sibiq legitime competen receden, se vnà cum successoribus bonisq suis omnibus quo ad actum Juc attinet, iurisdictioni nra prnti incorporan, et submittendo, pa- lam libere, et per expressum recognouit. Quia satisfaciendo, inscriptioni et submissioni Gnosi Joannis Zieliecki Notary Castren Posnanien fratris sui germani per eum pro se rone quietationis præsen facien Gnoso Andreæ Slawoszewski apud Acta Caplia Castren Posnanien facta, quietauit et liberum mist, prout quietat, et liberum mittit prntibus eundem Gnosum Andream Slawoszewski, de summa duorum Millium florenorum per grosos triginta computat per Polon monetaj conuet. In qua summa sibi ipsum Andreas Slawoszewski totam, et integram villam et hæreditatem suam Alinowo nec non totas et integras sortes suas hæreditarias villæ et hæreditat Kurowo in dicto Castren consisten, coram offo et Actis Castren Posnanien modo obligatorio inscripserat, et obligauerat, nec non de alia inscriptione Castren Posnanien, qua se ipse Gnosus Andreas Slawoszewski consortem suam nobilem olim Catherinam Kurowska cum duobus amicis ad consentien super præfat obligationem ad Acta aut sentica adducturam eius Generoso Hieronimo Zielierski seorsim submiserat et inscripserat, omnibusq et singulis earum

inscriptionum, submissionibus, ligamentis, conten, pun
conditionibus bonorum, præfatorum cuictionibus, et m
scriptiones eas, omnes et singulas earum omnium ple
morem continen effectum, cassat, mortificat, et in nihilu
redigit, temporibus perpetuis, ac de bonis præfat obligatis
eidem Gnoso Andreæ Slawor Jewrski, vti eorundem bonoru
jaredi, iam ex nunc cedit, et condescendit. Recognoscen ml
omnino amplius superesse, pro quo idem Gnosus Andreas
Slawor Jewrski à se iure conuenendus sit. Quam reco
gnitionem supramemorati Gnosi Hieronimi Zielnecki
ad eumq; modum factam quietationem nos susepi et Actis
Cancellariæ nræ inseri mandauimus. Voler vt robur sm
obtineat. In cuius rei fidem. &c. Datt Varsauiæ die vn
decima mensis decembris. Anno vt supra.

Relatio Gndi Joannis Tarnowski
nominat Epi Pomesan et R. I. Vice Can
cellary

Libera incisio arborum ad Aduocatiam Mlawen ex lisuis sa ptus eiusdem G. Alb: Sękowski con

Sigismundus &c. Significamus &c. Dedisse nos et
concessisse de dareq; et concedere pntibus lris nris, libe
ram facultatem Generoso Alberto Sękowski Cancella
riæ nræ Secretario, Aduocatiæ nræ Mlawen ni Serra
Ploczen sitæ Tenutario, arbores omnis generis ni sylua
nris eiusdem Præfecturæ Mlawen tam ad quæcunq; ar
fitia ni Aduocatia præfata extruen, quam etiam ad usu

quemcunq; domestrum aptas et necessarias, toties quoties
ipsi necesse fuerit, madendi, excidendi, et asportandi vig
ad extrema vig vitæ prædicti Alberti Sękowski tempo-
ra. Quod vniuersis et singulis quorum interest, præser-
tim Vo Magcis Gregorio Zielienski Palatino Plocen et Ha-
duigi Oldowska comitibus, et Præfectura suprædicta Alla-
uen modernis Tenutarijs, et alijs pro tempore existen pri-
tibus lris nris denunciamus mandantes vt prædictum No-
strum Albertum Sękowski libere et absq; omni impedimen-
to syluis nris pro foci, et ædificiorum vsu vti patiantur.
Quare mjl luris ipsorum quod super ea bona nra habet
derogabitur, neq; nos derogari volumus. In cuius rei fidem
Datt Varsauiæ die vndecima mensis decembris. An-
no Domini Ml. D. XC septimo. Regnorum nrorum Po-
loniæ decimo Sueciæ Vo quarto.

Sigismundus Rex.

Geor: Ernbacher transportat in-scriptionem castren Lublin:

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod con-
stitutus personaliter coram nobis et Actis Cancellariæ
nræ formatus Georgius Ernbarser Ciuis Augustanus men-
te et corpore bene sanus, A terra, foro, iure et iurisdictio-
ne sua quauis propria et competen recedens et se vna
cum bonis omnibus successoribusq; suis quo ad infrascripta
attinet, iuri et iurisdictioni nræ pnti per omnia incor-
porando, et submitten palam publicèq; recognoint. Quia

ipse satisfaciendo inscriptioni sue Capli Castren Lublinen
qua se submisit inscriptionem cessionariam per eum
famato Friderico Golsmidio Ciui et Mercatori Posna-
mien super summam quatuor millium florenor Polom
per Inosum Joannem Dzierdek Vicecapitaneum Lublin.
sibi debit ad Acta quarus authentica regni transportatu-
rum eandem inscriptionem ad Acta Cancellarie nre
transportauit et transtulit. cuius quidem inscriptionis
tenor de verbo ad verbum sequitur eiusmodi. Actum
in Castro Lublinensi sabbato post festum S. Martini Con-
fessoris proxima. Anno Domini millesimo quing. nonag
septimo. Comparens personaliter coram officio et Actis pru-
dentibus Capitulo in Castro Lublinen famatus Georgius Ern
hasser Ciuis Augustanus sanus mente et corpore exns à
terra foro iure dicto Palatinatu ac iurisdictione suis
proprys recedens se vo vna cum bonis et successoribus suis
huc prnti Capli Castren Lublinen iurisdictioni infra-
recognoscendorum ratione totaliter incorporando et
subijciendo palam publice ac verbis expressis recogno-
uit. Quia ipse de inscriptione Castren Lublinen sibi per
Inosum Joannem Dzierdek de Wierzchowiska Vicecapi-
taneum Lublinen super summam quatuor millium flo-
renor pec communis veri certi iusti et liquidi debiti si-
ue mutuate pecunie fact tum et de summa memorata
quatuor millium florenor pec communis nec non de ci-
tub eius inscriptionis conditionibus, punctis, clausul
et articulis, nil pro se et suis successoribus, aut quopiam
alio reseruando, Spectabili et famato Friderico Golsmid
Ciui et Mercatori Posnanien cedit, et condescendit ple-
narie et ex integro, hoc totum ius supra expressum ipm

transfert, et transfundit, et incorporat, dando illi omnimo-
dam ꝑtestatem, et plenariam facultatem, eandem summam
tolendi, leuandi, percipiendi, de ipsa quietandi ronè ipsius
tum et ronè aliarum omnium conditionum in inscriptione
memorata contentarum et si necessitas postulauerit, iure agen
eademq; summa vtendi, fruendi, possidendi, et in vsus suos ac suo-
rum successorum beneplacitos conuertendi. In quod quidem ius seu
inscriptionem prædictam idem recognoscens, eidem suo creditori
et eius legitimis successoribus, dat, et admittit liberam mis-
sionem si et in quantum est de iure necessaria. Præ-
terea ius recognoscens inscribit se de bonis suis omnibus
eamq; inscriptionem ex suis actis exceptam, ad acta qua-
cunq; authentica Regni, vim perpetuitatis se habere pro
obtinendo firmitatis robore infra vnius anni decursum
transferre, et transportare suaq; personali recognitio-
one approbare, idq; sub vadio similis summæ vt ut
quatuor millium florenor; per communis casu non trans-
portationis inscriptionis prædictis, ad soluendu succumbendi. Pro
quo quidem vadio ac etiam opus re principali non exe-
quuta, citatus extis memoratus recognoscens vna cum suis
successoribus, ad instantiam memorati sui creditoris, vel eius
posteror; ad officium prætis Capitis Castrensis Lublinen. cui
se per præsentes, iuri suo proprio, foro, terræ, dictui Palati-
natui, ac iurisdictione suis quibuscuis propriis, et compe-
tenti renunciando, hac in parte præmissorum ratione ad
respondendum submittit et incorporat. In primo et quo-
uis alio causæ eius et citationis cuiuscuis termino tan-
quam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, ac de
iudicatum à prænominato officio non recedendi patite-
nebitur et successores sui, non recipiendi sibi ad annos ata-

tis, astrucki erunt. Ipsum primum citationis termin
et alios quosuis subsequentes hac mi cau terminos, tang
peremptorios nullis exceptionibus super accessorio vel
principali negotio fieri consuetis, dilationibusq etiam vera'
mfirmitatis, actus pro maiori, ad munimenta vel eui-
torem, minorennitate succorum, et ad quietationem
extraneam, nisi forte ad acta proprij dictus peteretur,
alysq quacunq ex causa dilationibus, de iure communi
et consuetudine publica admitti solitis, motionibus, ap-
pellationibus, earumq non admissarum modo quocunq
prosequutionibus evasionibus, præscriptionibus, defu-
gijs, remedijs, ac beneficijs iuris, tum et legalibus impedi-
mentis m genere vniuersis, nullaq re exquisita aut co-
lore excogitato iudicialiter sive extraiudicialiter dif-
feren, seu protrahendo, sub ammissione sua, et sustu
succorum tocius cau. nulla terri præscriptione, aut tpo-
ris diuturnitate m præmissis omnibus obstan. Ex Act
Castren Lublinen extract. Albertus Sierakowski Not-
tarius Castren Lublinen. Quam quidem præ'dicta m-
scriptionis cessionaria transportationem, nos ratam
et gratam haben suscipi, Actisq Cancellaria nra mseri
atq eandem ex eis authentice extradi mandauimus.
Volen vt robur suum debitum obtineat. Atq m cuius rei
fidem sigillum nrum vsi. Datum Varssauiæ die me-
se et anno quibus supra.
Joannes Tarnowski nominat' spus
Posnan et R.P. Vice cancellarius.

R Ltis cuius.

Oblata literarum consensus super
cessiõm binoz Pascuoz in maiori Insula

fit' per Kochanski filio suo facienda.

Sigismundus &c. Significamus &c. Oblatas esse ad Acta Cancellariæ nrã Tras inferascriptas titulo nro inscript' manu nra propria subscript' et sigillo Regni communitas et obsignatas sanas, salvas non viciatas omniq; suspicionis nota carere. Quas Vt in Acta Cancellariæ nrã inseri mandare dignaremur, supplicatum nobis fuit. Earum porro tenor verborum is sequitur. Sigismundus &c. Significamus &c. Quia nos consentire et permittere esse duximus consentimusq; et permittimus, printibus literis nris nobili Paulo Kochanski Vt possit et valeat quandocunq; et coram quibuscunq; authenticis Regni nri actis de omni et integro uti suo aditalicio quod ipsi competit super bina pascua in Jnsula maiori sit alterum singole dict' continens etiam in se agrum desertum Vidaw alterum in Heibude inter fines villæ Aldmonsterbergen et fluvium sueta situm Vtrumq; et possessionem eorum hactenus continuata filio suo nobili Paulo Kochanski Cancellaria nra Notario cedere et condescendere illudq; in personam ipsius plenarie transferre et transfundere. Quam quidem cessionem iuriq; transfusionem postea in coram aliquibus authenticis Regni nri actis peracta et recognita fuerit nos et Regni successores nri ita ratam et gratam habituri sumus Vti qua hoc nro consensu antecedente perageretur eiusdemq; cessionis et condescensionis vigore ipse Paulus Kochanski Junior pascuis, et bonis supranominat' potietur eaq; cum Vniversis attinentiis pertinen fructibus prouentibus commodis et obuentionibus quibuscunq; tam quæ nunc sunt, quam quæ in posterum eius industria inuenire et excogitari poterunt, nullis penitus

exceptis, vel pro nobis Sermis vè succoribus nris aut quo-
piam alio reseruatis, tenebit, habebit, et possidebit, vsq3
vtetur, et fruetur, integrè quietè et pacifice ad extrema
vsq3 vitæ suæ tempora. Promittimusq3 verbo nro regio
pro nobis et Sermis succorribus nris, quod durante vita q.
memorati Dauli Kochanski iuniores, nemini ad dimouen
et alienan. eum à possone et vsu pascuor bonorumq3 supra-
dictor cõsensum nrum dabimus, nec nos ipsi illum inde
exigente id lege ardua quacunq3 nra et Rp. necessitate,
amouebimus, alienabimusue neq3 Sermi succores nri
idipm facturi faciendiue cuiquam ptatem daturi sunt,
verum ipsum quoad superstes fuerit in pacifica et mite-
gra eorum possone, et nos conseruabimus, et Sermi suc-
cores nri conseruabunt. Juribus tñ nris Regalib.
salvis ibiq3 permanen. In cuius rei fidem &c. Datt'
Varssauiæ die vigesimasecunda mensis Aprilis. Anno
Dñi M.D.XC tertio. Regnor nrõ anno sexto. Sigis-
mundus Rex. Cui supplicationi nos benigne annuen
præmissertas literas Actis Cancellariæ nræ inseri iussimus.
In cuius rei fidem &c. Datt' Varssauiæ die duode-
cima mensis decembris Anno &c.

Relatio eiusdem cuius
supra.

Villa Niemoiewice I. Christo-
phero Kochanowski redimen. dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum eius

semper sententiâ fuerimus, vt quemadmodũ à præstantissimis viris multoties constitutum est, duobus potissimum rebus, pœnis, et præmijs maxime omnes, et à vitijs deterreri et ad virtutem allici, atq; omnem fere rectè ordinatam Rempub. eosdem contineri iudicaremus, tum etiam non magis animo id sentire quam re ipsa per omnem occonem declarare optaremus. Idcirco cum Gnoso Christopheri Kochanowsteii fuliti, et fabiculi nri familiaris singularis mi nos fides, studium, virtus, atq; industria, vel imprimis nobis perspecta foret, euisquoq; Judicij nri significationem maximè nunc mi ipsum edendũ existimauimus: Præterq; enim quod à fœlici nra de Regno nrõ suecia hæreditario mi Joannis Poloniæ Regnum profectione nobis assidue non nunq; autem maximo tum vitæ suæ, tum salutis dispendio mi signem sua operam comprobauit mi privatis quoq; nris et Reipub. negotijs tam ad nobilitatis conventus, quam ad exteras nationes missus, non modo laboribus, et sumptibus vllis non peperat: Verum etiam rebus nris ibiq; ex animi nri sententia profectis, dignum se semper præbuit, vt eius fidelium seruitiorum condignam rõnem haberemus. Quam ipsius mi nos et Reipub. fidem, vt speciali nra gratia et clementia remuneraremur, eumq; ad bene de nobis at Repub. merendum tanto alacriorem posthac efficiamus. Dedimus eidem consensum nrum, ad redimendã villam nram Niemoiewice in districtu Gerneñ sit de manibus succes. Gnosi olim Lbignei Podlodowski Tribuni Gerneñ, et Dapiferi nri, et aliorum omnium, ad summas pecuniarias mi eidem bonis inscriptas, ius et interesse se habere prætenden. Posteaq; vero debitor iuris ordine eam redemerit et liberauerit, ex tunc prædictus Gnosis Christophorus Kochanowski præfatam villam Niemoiewice de mera eo

fines, sicut à prioribus possessoribus possessa fuit cum
ommibus eorundem bonorum attinentijs agris pascuis pra-
tis, sylvis, nemoribus colonis, censibus colonorum laboribus
piscationibus, molendinis, cumqd ommibus in genere, et spe-
cie vtilitatibus, redditibus, qua nunc sunt, vel in poste-
rum ibi institui poterunt, nullis penitus exceptis, tene-
bit, habebit possidebit, ad extrema vitæ suæ tempora, re-
debitur vo summa partem qua ex legum præscripto remit-
tenda venerit, nobis et Reipub.ae condonare. Nos vero pro-
mittimus nro, et hæredum successorum nrorum nomine, ne
esse eum ipsum Christophorum Kochanowski, quod in
viis extiterit à possessione et vsu villæ eiusdem etiam pro-
pter gravissimam nram aliquam Reipub.ae necessita-
tem, amoturos aut redempturos et hæredes successores nri
ita facient. Juribus nris Reipub.ae Catholicæ Eccla ibi
salvis. In cuius rei fidem &c. Datum Varsaviæ die de-
cimatertia mensis decembris. Anno Domini M. D. XC
septimo. Regnorum nrorum Poloniæ x.o Sveciæ vo IIII.o.

Sigismundus Rex.

Nadarzinska de summa in villa Srzeniowka existentium et de eadem villa Brzeznickie cedit.

Sigismundus III &c. Significamus &c. Quod coram nob
et Actis Cancellaria nostra Gnosa Hatigabeth, olim
Magi Petri olim de Grodzisko Castellani Czerneń et Ca-
pitanei Rawen filia, olim vo Gnoti Victorini Nadarzinski

relicta vidua personaliter constituta, mente et corpore bene
sana, A terra, foro, iure, iurisdictioneq; sua quauis propria
sibiq; legitime competen, receden, se vero vna cum succe-
ribus, bonisq; suis omnibus, iurisdictioni nra prnti rone re-
cognoscendorum in toto submitten et incorporan, palam libe-
re verbisq; expressis recognouit. Quia ipsa totam et inte-
gram summam suam pecuniariam viz quadringentorum
florenoz pol Polon in primis per eundem olim Gnosum Vi-
ctorinum Nadarjinski maritum suum villa Srjemiowska
hæredem, in et super bonis villa præfata Srjemiowska Gnoso
Floriano Lawisda Actis Castren Varssavien superiori
tempore certo modo cum possone deri subsequuta oppi-
gnoratam, Sandem vero per eundem Gnosum Florianu
Lawisda vna cum possone parata, et vniuersis condicio-
nibus, clausulis, vadijsq; in personam recognoscentis trans-
latam, et transfusam nobili Casparo Jamgel Brzegnitski
et illius legitimis succoribus, iam ex nunc dat, donat, et in-
scribet, imo totum, et vniuersum uis suum præfatum sibi
ad eadem bona villa Srjemiowska modo quo præmissu
est seruiens nihil pro se et suis succoribus reseruan in
eundem nobilem Casparum Jamgel, et illius succores trans-
ponit cedit et transfundit et condescendit. Qua quidq bo-
na præfata, quoniam eadem recognoscens in summa tre-
centorum florenoz pol numeri et monetæ Polonie Gno-
so Joanni Lgordelski Vicecapitaneo Varssavien in
Mirsalowice de hæredi in Anno Domini millmo quingmo
octuagmo sexto, certis interiectis conditionibus illi inscri-
ptionis reciproca, subnexis obligauit, modo obligationis de
facto. Ideo eandem ipse nobilis Caspar Jamgel à præ-
fata inscriptione obligatoria emundare, et eliberare

iuxta præscriptum mſrōmis obligoriā per recognoscen-
tem memorato Generoso Egordelski Vrie Capitaneo certis
conditionibus factum, tenebitur, virtute præsentis cessionis in-
ris totius, recognoscentis et consensus fisce attributi, cui
quoq; quemadmodum de omni vt dictum est iure suo atq;
mſrione originalis cessionariæ vadys, tuitionibus eiusdē-
mbus, et ligamentis vt supra cessit, pari rone et modo
de ligamentis certis et conditionibus, in eadē inscriptione
obligatoria cum præfato Gnoto Joanne Egerdelski Vrie-
Capitaneo Varsavien, facta, contentis et eius recognoscen
seruientibus utili cedit, et condescendit, atq; in eum trac-
fert, et transpont, nihil vspiam in omnibus præmſris iu-
ris, et competen pro se et suis successoribus reseruan seu ex-
cipien. Jamq; ex nunc et de facto prænominata Gnota
Halijabeth de Grodzisko Nadarzinska, eidem supra-
nominato Casparo Brzezniczki et eius successoribus in præ-
fata bona dicta summa onerata, dat et admittit realē
intromſrionem, et actualem pacificamq; possessionem f
rmialem terrem vel regm gnalem, et suos nobiles de
iuris forma apprahenden. Quam recognitionem præno-
minatæ Gnotæ Halijabet de Grodzisko ad eumq; mos
factam iuris sui ad bona suprascripta transfusionem
nos ratam et gratam haben illam Actis cancellariæ nra
mſribi ad demum eandem ex ipsis authentice extradi
mandavimus. Volen vt robur suum debitum obtineat.
In cuius rei fidem &c. Datum Varsaviæ die dec-
materthia mensis decembris. Anno Domini M.D.XC
septimo. Regnorum nrorum Poloniæ decimo. Suetiæ vo
Anno QUARTO. Relatio Andrin chro Pris Jois Jar-
nowski confirmat Epi Lomzn etc.

Consensus ad redimendam Villam Kzlagenicc G: Christoph: Zerek dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum morte et obitu Jnoꝛis Petri Ldziarski sacrꝛ olim Reginal Mtis matertera nrꝛ desideratissima secretary villa nrꝛ Kzlagiemodean dictu Varssavien consistens, ad dispositum nrꝛm regium devoluet, exemptionisq esset obnoxia tam nos cum prædio alijsq ommibus eius pertinen Jnoꝛo Christophoro Zerek Aulico nrꝛo qui ab ipsa paene puericia Seremisimaꝛ olim Catherinꝛ Reginꝛ Sueciꝛ matris et Annꝛ Reginꝛ Poloniꝛ matertera nrarum desideratissimaꝛ non sine dispendio facultatum suaꝛ atqꝛ adeo etiam nris seruitijs additus, eam honestatis fidei, modestiꝛ diligentiꝛ et integritatis laudem assequutus est vt illum mꝛ dies uberioribus liberalitatis nrꝛ regiꝛ argumentis haud indignum arbitremur de maiorib Generosi olim Petri Ldziarski vltimi et immediati eiusdem villꝛ possessoris successorum alioꝛumq ommium iuis et interesse aliquot ad summas in eadem villa legitime inscriptas. Se here pretenden redimen, et eliberan. pntibus ltris nris damus, et condemnamus Quod redemptionis negotiu posteaq ltime suu effectum sortitum fuerit, eandem villam cum prædijs agris pratis campis fundis siluis hortis, colonijs, molendinis, stagnis fluuijs fluminibusq riuis ac pertinen grair vniuersis modo quotumq antiquitus, atqꝛ etiam his temporibus ad prædictam villam spectan, cumq censibus fructibus prouen

redditibus et emolumen̄ibus nullisq3 pro nob, succor̄
bus nr̄is fisco, quopiamue alio resertatis et exceptis, is
idem Jnosus Christopherus Terek tenebit, hebit, p̄cipiet q3
et quiete ad extrema vitæ suæ tempora possidebit, ebea
eor̄q3 ōibus et singulis attinen vi fruetur. Promittimus
vō pro nobis et hered̄ suc̄ribq3 nr̄is, quod quamdiu Jnosus
natus Christopherus Terek vixerit eum nos ab vniuersitq
et possone p̄dicta villa Xiągenice suaq3 quarumuis p̄tine-
nō amouebimus alienabimus neq3 redimem̄. nemīq3 amo-
uen̄ alienan̄ redimenq3 facultatem faciem̄. verum illi sup
stiti saluū et mītegrum ius dnitatē p̄stabim̄. succoresq3 nr̄i
p̄stabunt. Jta vt mortuo non prius succores eius legitimi pos-
sone et veu dicta villa nob̄ fisco et succor̄ib̄q3 nr̄is vel cui eā
contulerimus cedere tenebunt, quam summa in eaq3 ītime
mscripta illis mītegre persoluta et numerata fuerit. Ju-
r̄ibus nr̄is Regalibus vsq. In cuius rei fidem &c. Datt
Varsauiæ die decimaquarta mensis Octobr̄ Anno &c.
Sigismundus Rex.

Iudicatus Terræ Liuensis Gene-
roso Aegidio Zaliwski collatus.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum nobili-
tas dictus Liuen, ex mstituto veteri, post mortem Jnos
vltim̄, et immediati Judi-
as terris Liuen quatuor viros qui mūneri huic gerendo
idonei viderentur, electos, literis authenticis nobis profe-
suis dent vt vn̄ ex Jȳs hoc offitium conferemus. Nos Gene-
roso Aegidy Zaliwski, cum mīnos et Reipub̄. fidem, tum

De Reipub.ca benemerendi flagrans studium mihi ijs autem qua ad negocia Reipub.ca spectant singularem dexteritatem, maxime autem quibus ad munus sibi recte obeundum requiritur uarijs prudentia legumq; experientiam commendatam habentibi ipsi officium Judicatus Terris Liuen dand et conferend duximus, Vti quidem cum omnibus iuribus, prarogatiuis et obuentionibus quibus Vniuersis, ad vita eius extrema tempora, vel amplioris alicuius dignitatis vel offij assequutionem obtinendam, et conferrimus pntibus lris nris. Quod omnibus ni Vniuersum quorum interest et praesertim Dignitarijs, Officialibus, et toti nobilitati dicti Liuen ad noticiam deducimus mandamusq; Vt prenominatum Jnocum Aegidium Taliwski, pro vero et legitimo Judice Terri Liuen habeant, et agnoscant, atq; de loco, prarogatiuis, iuribus, ac reditibus Vniuersis muneri sui iure vel antiquitus recepta consuetudine debitis eid vrndeant, et ab alijs responderi faciant Pro gra nra. In cuius rei fidem etc. Datt Varsauiae die vigesimatertia mensis Octobris Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Succamerariatus Terr. Liuen. Stani: Wdzillawski dat.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quod cum nobilitas dicti Liuensis, pro iure et consuetudine veteri post mortem Jnosi olim Succamerarij Liuen, virum offio huic idoneum elegis-

set atq; lris suis nobis proposuisset. Nos commendata
habentes fidem singularem, atq; in omni actione industria
non postremamq; virtus patruj peritiam Generosi Stani-
slai Woislawski Succameriariatum Liuen illi conferen
esse duximus, damusq; et conferimus prntibus lris nris.
cum omnibus prærogatiuis, et obuentionibus, hoc ipsum offm
Succameriatu per eum tenen, habeñ et obtinen, ad extre-
ma vitæ suæ tempora, vel alicuius amplioris offij aut di-
gnitatis adsequutionem. Quod vniuersis et singulis
præsertim vb Dignitarys et officialibus vniuersis, totiq;
nobilitati dictus Liuen notum facimus mandamusq;
vt absque præditum Gnosum Stanislaum Woislaw-
slei verum, et legitimum Succameriarium Liuen ieant
et agnoscant, eiq; de loco obuentionibus, vtilitatibus,
ac prærogatiuis vniuersis ad hoc usq; officium Succamera-
rij vel lege, vel consuetudine, spectan respondeant, re-
sponderiq; curent. Pro gra nra. In cuius rei fidem &c.
Datum Varsauiæ die mense et anno quibus supra
Sigismundus Rex.

Tribunatus Terræ Zerncæ Gen. Christoph: Noskowski con fertur.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod cum Ge-
nerosi Christopheri Gloskowski Aulici nri, egregia m
nus ac Reipub. nram merita quæ ille omn ad bene

merendum de nobis occasione luculenter nobis praista-
re solet, ita commendata sunt Vt dignum benevolen-
tia nra, ac aliqua grati animi testificatione censerem⁹
et cum nulla alia eius demonstran offerat se occasio
faciẽ saltem nobis in prntia putauimus Vt ei Tribu-
natum Gernen morte Gnoß Fbignei Podlodowski Auli-
ci nri, Vltimiq3 et immediati eius possoris vacantem
daremus, et conferemus quemadmodq3 quidem prntibus
lris nris damus, et conferimus, cum omnibus et singu-
lis eiusdem Tribunatus prærogatiuis, functionibus, pro-
ventibus, et reddibus qnalr Vniversis ad prædictum
Tribunatum Gernen antiquitus modo quouis spectan
et pertinen, ad extrema vitæ illuis tempora vel ma-
ioris et amplioris alicuius offitij assequutionem
obtinen. Quod vniversis et singulis quorum interest,
præsertim vero Dignitarijs, officialibus ac vniversi no-
bilitati dictus Gernen denuncian mandamus, vt prædict
Christophorum Gloskowski pro vero et legitimo Tribuno
Gernen agnoscant, eidemq3 de loco, obuentionibus, et cæte-
ris ad id munus ex antiquo pertinentibus, respondeant
respondeq3 ab alijs quorum interest curent. Pro grãnra
et debito sui officij. In cuius rei fidem vſ. Datum
Varsauiæ die sexta mensis novembris. Anno vſ.

Sigismundus Rex.

Munus Subdapiferatus Terræ
Posnanien. Generoso Joanni Szie-
liecki Notario Castr: Posnañ dat⁹

Sigismundus Tertius. &c. Significamus &c.

QVIA nos munus subdapiferatus Posnaniensis, morte
olim Generosi vltimi et im-
mediati eius possessoris Generoso Joanni Gielierski
Notario Castren Posnaniensi, cuius fides, integritas, rerũ
gerendarum dexteritas, nobis commendata est dandum
et conferendum esse duximus, vti quidem prntibus lit
nris damus, et conferimus, cum omnibus officii eius
pertinen, prærogatiuis functionibus, et redditibus gene-
raliter vniuersis, ad vitæ suæ extrema tempora, vel ma-
ioris, et amplioris officij vel alicuius dignitatis assequu-
tionem, tenen et obtinen. Quod omnibus et vniuersis
Dignitarys, Officialibus, totiqs nobilitati Terræ Posna-
mien, cæterisq notum esse volumus, mandan, vt præno-
minatum Nrosum Joannem Gielierski, pro vero et legi-
timo subdapifero Posnaniensi habeant, et agnoscant,
illiqs de loco, prærogatiuis, at reditibus omnibus ad hor
idem officium antiquitus spectan, respondeant, respon-
deriqs ab alys curent. In cuius rei fidem &c. Datt
Varsauiæ die vigesimatertia mensis Decembris. Anno Do-
mini Millesimo quingmo nonagmo septimo. Regnorum
nostrorum Poloniæ Decimo, Sueciæ vo anno quarto.

Sigismundus Rex.

Reuerendus confirmatus Epus.
Posnan et S. Joan: Bogusławski Co-
mus.

tractum seu intercisam roborant.

Gismundus dei Gr. Significamus qd coram nob et Actis Cancellaria nra personaliter constituti Reverendus in Chro Pater Joannes Tarnowski Confirmatus Cpus Posnamien et Regni Poloniae Vice Cancellarius ab una: et Gnosus Joannes Boguslawski Scribor de Boguslawice ex altera partibus mente et corpore bene sani A terris Palatinatibus ditibus iuribus iurisdictionibusq suis quibuscunq proprijs et competen recedens se vo vna cum bonis ac successoribus suis omnibus quoad infrascripta attinet iuri et iurisdictioni nra pnti per omnia incorporan palam publice libere verbisq expresdis recognouerunt, et quilibet illorum suo promittesse recognouit. Qd ipsi contractum certum vulgo mi tercisam dictam, one certarum rerum inter eos de actu et data Varsauiae die decimaquarta mensis decembris anno pnti confect, manibusq et sigillis eorundem recognoscentium subscriptam, et sigillatam, in omnibus illius punctis, clausulis, articulis, conditionibus, et ligamentis qualr Vniuersis, roborant, confirmant, approbant, et ratificant, non secus ac si hic in suo verborum tenore inserta, et introducta esset. Inscribuntq se de et superbonis suis omnibus, vna cum suis successoribus, eundem contractum seu intercisam in omnibus illius conditionib et ligamentis quibuscunq tam in toto quam in parte eius minima tenturos, adimpleturos, integreq et plenarie exequturos. Jdq sub vadio Duorum millium florenor pet Polon one cuiuslbt rei, et conditionis in eaq intercisa expressa et non completa per partem intercisa prafata non satisfacien, vel eius posteros, parti eaq intercisam in orbus tenen

veleris fructorum ad solvend succumben. Quod vadis
rise, suos fructores, ac bona sua omnia libere prædictæ
cognoscentes ac dumpserunt, pntibusq assumunt. Pro
quo quidem vadio, tum ipsa re principali pars eandem
intercidam in toto vel in parte non tenens, vel fructores
eius partis, per partem præmissa tenen, et complente
vel eius fructores citata exns ad offitium Capte Castren
Petricovien, ex tunc facto recessu ut supra in primo
citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri pa-
rere, respondere, et tam pro vadio præfato, quam præmis-
sis omnibus, ab offitio illo non recedn, satisfacere ac
omne iudicatum pati, debebit ac tenebitur, quibus succe-
res tenebuntur et erunt astricti. Renunciando hac
in parte omnibus exceptionibus, dilationibus, motionibus ap-
pellationibus ac earum prosequutionibus, pænæ trium seu
tertiarum mar pec solom et alijs quibusuis iuris et
facti remedijs hoc differen eundem primum terminm
et alvi quorumb causa ipsius termos semper perempto-
rios, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro ma-
iori, bellica expedition Conuentione Regm generali vel
particulari, statutis laudat et laudan, ipis nris Re-
galibus, bello, aura pestifera, interegno, seruitio nro et
Reipub. legationibus, aquarum mundationibus pontium
fractura viarumq quibuscunq impedimentis nec dila-
tionem ac quietationem sibi accipien, ac prorsus nisi
iuris remediorum con pntem inscriptionem sibi, suisq
successoribus in auxilium assumen, sub amissione sui to-
tius causæ, nulla præscriptione temi in præmissis obstan.
Quam recognitionem præmissorum recognoscentium
nos suscepi, et Actis Cancellariæ nræ inseri atq authen

demum ex eius extradi mandauimus. In cuius rei fidē.
Datt' Varsauiæ die decima quinta mensis Decembris.
Anno Domini vt supra.

Relatio vt supra.

Donatio Bonorum confiscato-rum Scor: Piasecki, Petro, Iouni et Annæ Piaseckiem et eor posteris.

Sigismundus etc. Significamus etc. Quanquam de iuxta Regni præscripto confiscatio Bonorum mi cau-sa tricidy, nobis, nec fisco nro competit neq debetur tā-ne decretum prædecessoris nri Diuæ memoriæ Sigismun-di Augusti Regis Poloniæ Auunculi nri mi contumacia latum aliter interpretetur mi cau per Instigatorem eius-dem Altis Regiæ nobili olim Georgio Piasecki, rone per eundem interemptionis Petri et Alberti Piasecki fratrum suor patruelium, tam ex delatione Generosi olim Mathiæ Wlodek Capitanei Camenecen, quam et ex accusatione fratrum, et sororum legitimorum eorum Petri et Alberti Piasecki interemptorum mi Conuen-tu Regni grati Crasnostawien, intentata, In qua mi co-tumatiam ipsius olim Georgii Piasecki post decretum super ipso latum mentio mi eodem decreto confiscatio bonorum ad futura Comitia reseruata continetur non tamen finem est sortita effectum, nec ipso Viuente inter-cessit Orerum prout fieri de iure non debuit, nec potuit

ita cum persona eiusdem Georgij fratricidij extincta
est, etsi quidem bona ipsius omnia et singula inmobilia,
per eundem Matthiam Wlodek Capitaneum Camenecen sub
prætextu mandati cuius Regij, nondum interuenien-
te decreto Conuentionali adempta erant verum tñ ea de-
nuo vniuersa ex mandatis binis eiusdem Serm prę-
decessoris nri consorti nec non filijs eius olim Geor-
gij Piasecżki, vtpt nobilibus Petro et Paulo Piasecżkom,
vti hæredibus proprijs restituta erant, quorum pacifici,
et continui vterq; eorum hactenus extiterunt possessores,
ne itaq; decreto reseruata confiscationis, ea bona ipso-
rum propria, et hæreditaria in dubium à quopiam vo-
carentur, et ad aliquam in posterum disquisitionem
peruenirent, Nos quibus libera dispositio bonorum ad
nos fiscumq; nrum ob quosuis excessus per confiscatio-
nem deuolutorum, vel deuoluendorum de iure comma-
ri legitimè concessa est licet inter Instigatorem nrum
Actorem ab vna: et nobiles Petrum patruum, Joan-
nem et Annam filiastros, successosq; nobilis olim Pau-
li Piasecżki ratione eorundem bonorum citatos, decre-
tum nrum tulimus, eademq; omnia bona villas præno-
minatas vtpt Piasdecżna et Karapczow, Napolny
integras, tum in villis Kulawy Garnawoda, et Wyder-
leowce medietates eisdem vti legitimis hæredibus ad-
iudicauimus, Instigatori nro silentio deinceps pro-
bonis agendi imposito. Verum et insuper ex gratia et
clementia nra regia secuti in præmissis et exequti
voluntatem Seremi dimi prædecessoris et auunculi no-
stri, ex binis literis mandatorum eiusdem Altis Re-

V.S.U.v. R

già nobis obtestatam, etsi ea bona nusquam per deve-
tum confiscata reperiuntur, verum tgt et confisca-
ta decreto conuentionali quouis prædecessorum nrorꝝ
reperta fuerint. Nos tamen habentes rationem bene
meritorum de nobis et Republica ipsorum Diaretzkich
et antecessorum eorundē nobis et antecessoribus no-
stris exhibitorum, tum et aquitatis nobis mi ea can
declarata, ad mitecessionem certorum consiliarioꝝ
nrorum, omne et mitegrum iuis nostrum Regium si
quod iuste et legitime ad ea bona omnia mobilia
et immobilia ipsius olim Georgii Diaretzki tum vil-
las superius descriptas, mitegras, quam et medieta-
tes et alia omnia et singula nullis exceptis nob
competierit ipsis nobilibus Petro patruo, tum et Jo-
anni ac Annæ neptibus ipsius ex fratre, ipsorumqꝫ
posteritati perpetuo et in aeuum tribuimus dam9
donamus, mitit nobis deintepꝫ successoribus nris ti
et Jnstigatori nro iuris ibiꝫ reseruan. Jn cuius
rei fidem &c. Datū Varsaviæ die xx. mensis
Decembris. Anno vt supra.

Sigismundus Rex.

Consensus Drozinskicmu ad ce-
den Villam Turobice in perso-
Podolski datus.

Sigismundus &c. Significamus &c. Consensisse nos

Generoso Venceslao Drogjnski Aulico nro, vt possitor-
m et integro iure suo quod illi ad bona villa nra Lurobi-
de m dictu Mielnicen existen competit, adeoq de poss-
ne eius villa cedere et m personam nobilis Pauli Do-
dorski resignare, quod sane habita rone seruitiorum et
meritorum eius, consentimus, et permittimus, lris fisce
nris. Cuius quidem cessionis vigore ad acta qua curiq
aut sentira Regm faciendo, ipse nobilis Paulus Do-
dorski predictam villam Lurobude, cum omnibus et
singulis eius attinentys, et pertinentys, nullis penitus
exceptis, nec non cum omnibus m genere, et spetie vti-
litatibus, comodis, et reditibus, nullis penitus except
tenebit habebit, possidebitq ad vita sua extrema te-
pora. Promittimus vo nostro, et sermorum fidco
rum nrorum nomine, quamdiu pra'nominatus nobilis Pau-
lus Dodorski m vivus fuerit, eum nos a possone et vsu
eius villa, non esse amoturos aut alienaturos, neq ad
id faciendo quamvis id nra Reipub. necessitas gra-
uissima efflagitaverit, potestatem cuiquam daturos
sed ius aduitalitatis saluum, et illa sum eiq conserua-
turos esde. Tenebitur vo ille quartam Reipub de-
bitam ad locum et tempus constitucionibus ordinati
quotannis repra'sentare. Iuribus etiam nris et Rp
Ecclesiaq Catholica salvis ibi manen. Atq m eius
rei fidem etc. Datt Varsaviæ die vigesima se-
cunda mensis decembris, Anno Domini vt supra.

Sigismundus Rex.

Intromissio in domum lapide-

am Varsauia' sitam Venerab: Pe=
tri Skarga totamq: Societatem Jesu.

Sigismundus &c. Significamus &c. Quod coram
nobis, et Actis Cancellaria nra personaliter constitu=
tus, prouidus Simon Litwinowski Minalis Regni gna=
lis cum duobus nobilibus Valentino Lgordelski et Jo=
anne Lablocelki, propter maius, et euidentius testimoni=
um sibi adiunctis in omni sua vera, et fidelis relatio=
nis, per eum obtinis locorum facien recognouit. Quod
die hodierna cum nobilibus suprascriptis in domum
lapideam Gnosi Stanislai Saliwski Capitanei nri Var=
sauien. Varsauia' in acie iuxta Cmiterium Ecla
D. Joannis versus domos canonicorum ex parte vna;
ex altera vo domui Lusedinski seu Lisedowska conti=
gua consistens descendit, in eandemq domum vigore
missionis venditoria, et resignatoria Vnabilem Pa=
trem Petrum Skarga tanquam superiorem missionis Au=
stra totamq Societatem Jesu intromisit et introduxi=
uit. Quam intromissionem praditus Gnosus Stanisla=
us Latiwski Captus Varsauien non impugnauit verum
ipsemet suo et cosiredum suor nominibus eandem intro=
missionem cum reali et actuali possessione vigore mis=
sionis sua resignatoria in eandem domum vltro et
libere admisit, possessionemq pacificam eiusdem do=
mus suprascripta eius Venerabili Patri Skarga totiq
Societati Jesu dedit et concessit. Quam relationem

prædicta minalis nos susc̃pi et Actis Cancellariæ nrã ꝓ-
scribi atq; demum eam ex eis authenticè extradi manda-
vimus. Volen̄ eam vim et robur debitæ firmitatis semper
et vbiq; obtinere. Atq; in eius rei fidem &c. Datum Var-
soviæ die vigesimatertia mensis decembris Anno Domini
Millesimo quing.mo nonag.mo septimo Regnorum nrorum
Poloniæ Decimo. Sueciæ vo anno quarto.

Relatio Rndi in Chro Pris Joannis Var-
noviensis confirmati Episcopi Posnanien-
sis et Reg. Pol. Vicecancellarii

Włoczinski de summa 300 flor.
Vener.lem Alb. Kochlewski quietat.

Sigismundus Tertius Dei grã Rex Poloniæ &c. Significa-
mus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et
singulis. Quod coram nobis et Actis Cancellariæ nrã nobi-
lis Adamus Włocdinski Palatinatus Syradien̄ mica per-
sonaliter constitutus mente et corpore bene sanus Alter-
ra, foro, iure dicto, iurisdictioneq; suis quibuscunq; proprys
et competen̄ rebden̄, de vero vna cum bonis ac fructibus præ-
fatis suis vniuersis, iurisdictioni nrã præsenti per omnia mi-
corporan̄ et submitten̄ palam publicè libereq; dixerit
et expresdis verbis recognouit verbis. Se percepisse et in effe-
ctu numerasse summam trecentorum florenorum pol-
monet et monetæ Poloniæ de manibus Venerabilis Alberti

Kochliewski Notarÿ Cancellariæ nrę, debiti sibi per eu
Actis Cancellariæ nrę miserip, et assecurat. De qua
itaq; summa trecentorum florenorum per Polomcalim
idem prænominatus Adamus Wlodynski, eundem præ-
dictum Albertum Kochliewski ob sufficientem sibi per
eum satisfactionem, et plenariam eiusdem summæ per-
ceptionem, quietauit, absoluit et liberum mīsit, prout
prntibus, quietat, absoluit et liberum mittit, vna cum
eius successoribus temporibus perpetuis. Inscriptionemq;
ipsam super eandem summam seruien, tam in toto
quam in parte, cum omnibus eius ligamentis cassat,
mortificat, et in nihilum redigit perpetue et in æuum.
Perpetuum sibi et suis successoribus tenę eiusdem sum
mæ silentium imponen. hac sua recognitione perso-
nali mediante. Quam recognitionem prænominati
Adami Wlodinski motoq; præmisso factam quietatio-
nem nos suscepimus et ratam habentes Actis Cancel-
lariæ nrę inseri, atq; demum eam ex ipsis authen-
tice extradi mandauimus. Volentes vt robur suum ob-
tineat. Atq; in cuius rei fidem sigillum nrum prntibus
est subimpressum. Datum Varsauiæ die trigesima men-
sis Decembris. Anno Domini Millesimo quingentesimo
nonag. septimo. Regnorum nostrorum Polomiæ Decimo
Suetiæ vero anno QVARTO.

Joan Pstrowsky cancr. Ecs. Pom.

R. P. Vicecancell.

Stephanus Kindzin Chrzonstowski
Joannis Parnowski confir-
matis Cpis Pomaniæ et R. P. Vice-
Cancellarius

acuum





Priuilegium oppidale Aduocatie
Wyniceńsi

Sigismundus Tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ &c. nec non Suecorum Gothorum Vandalorumq; hæreditarius Rex.

Significamus præsentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Oblatas et productas fuisse coram nobis nomine nobilis Christopheri Ilmanowski cancellariæ nostræ Notarij Aduocatie Voinicen literas pargameneas infrascriptas Diui Casimiri magni Regis antecessoris nostri sigillo eiusdem maiori maiestatis in cerico appenso munitas, sanas, saluas, integras, non viciatas, omniq; suspicione carentes, continentes in se fundationem et dotationem Aduocatiæ in Oppido nostro Voinicz Palatinatus Cracouien eiusq; Aduocatiæ una cum scultetia in suburbio ipsius Oppidi Lamossic dicto perpetuam incorporationem, et coniunctionem. Supplicatumq; est nobis, vt eas authoritate nostra regia, approbare, confirmare innouare et ratificare dignaremur. Quarum tenor de verbo ad verbum, bona fide descriptus sequitur et est talis. In nomine Domini Amen. Ego Jacobus magnificus

Regum Maiestas facere decreuit debent esse firma, et stabi-
lia, robur perpetuæ firmitatis obtinere. Igitur nos Casimir.
Dei gratia Rex Poloniæ, nec non Terrarum et Ducatuum Craco-
uiæ Sandomiriæ Siradiæ, Lancitiæ Cuiauiæ, Pomeraniæq; Do-
minus et hæres, harum quibus expedit serie literarum notum
facimus vniuersis. Quomodo pro parte Pauli et Woiciech
filiastri sui scultheti de suburbio Ciuitatis Zamoscie et Hi-
neke Generi Gwozdonis, et Chronow et Joannis Kurzadko
filiastri ipsius Aduocatorum de Volnicz fidelium nostrorum
oblata nobis petitio continebat. quatenus literam priuilegi-
alem excellentissimi Principis Domini Boleslai diuæ
memoriæ Illius Ducis Cracouien et Sandomirien, ac Se-
Dnæ Kyenna inclitæ Ducissæ Terrarum prædictarum præ-
decessorum nostrorum, quam Villam Zamoscie Boschka
relicta Comitis Miroslai fælicis memoriæ Castellani San-
domirien, de permissione et grata voluntate præfati
Dni Boleslai antecessoris nostri locauit, ratificare, appro-
bare, et confirmare dignaremur. In qua litera seu priui-
legio donat scultetiam cuidam Paulo, et suis succes-
bus in prædicta villa Balneum liberum, molendinum libe-
rum licitè construere vbicunq; in bonis prædictæ villæ Za-
moscie Tabernas duas et macellas. Omnes perpetuo pisto-
rum mensas, nec non sutorum pacifice possiden. Villam iam
fæ dictæ Villæ de quolibet manso mediam marcam argen-
ti vsualis, annis singulis soluere tenentur secundum jus No-
uiforensis Ciuitatis de areis scotum vnum. De quo censu
scultetus præfatus sextum denarium percipiet. De Judicijs
vero Pertium, et duos mansos liberos possidebit. Et omnia
Judicia qualiacunq; fuerint, in sua villa Zamoscie secu-
dum Jus Theutonicum licitè semper iudicabit. Acta sunt
1277. hæc Anno Domini millesimo Ducentesimo Septuagesimo

septimo. Præsentibus vdt Boguslao Camerario. Marcisio Faliciano et Nicolao dicto Pascorka et alijs plures. Datt Cracouiæ in Ecclesia Beati Michaelis per manum Martini Cappellani Domini Ducis. Et nihilominus considerantes dictorum Pauli Woiciech Hinek et Joannis Kurdąłko ipsorum grata et fidelia seruitia, et obsequia nobis per præsens et in antea exhibita, et adhuc in posterum diligentius exhibenda, de nostro nostrorumq Baronum collateralium voluntate, et assensu ipsis et suis successoribus pro prærogatiua speciali iungendo simul Woimicz cum Zamoscie infrascripta omnia ascribimus, approbamus, et perpetuo incorporamus. Primo Vnam domum cum fundo acialem eundo ad Cclam in dextra manu in Woimicz cum prædio sito ibidem in Zamoscie cum omnibus appendys vniuersis et planicieburq annexis à Stamowska et à Woimicz incipiendo vsq ad stratam currentem ad Bochmia quæ ad prædictam domum fundum, et prædium prædictum à tempore primæ locationis supradictorum Suburby Zamoscie et ciuitatis Woimicz pertinent, et videntur pertinere, cum agris et agriculturis subsequenter descriptis. Ager, qui iacet post voraginem à metis Łukanowicze vsq ad rippas ad tria iugera longitudinis protensa, duo vdt iugera eundo de Woimicz ad Łukanowicze alias in circumfosionem et Tertium iuger quod currit ad metas Łukanowicze. Omnes agriculturas, et agros iacentes in Miedźiłęże. In suburbio Ciuitatis Zamoscie iuxta locum dictum Jezierdisko Aruum duorum iugerum quod iacet ante Suburbium ciuitatis iam dictæ, ab Agris Hynek Joannis Kurdąłko vsq ad viam qua itur de Wiązkowice in Woimicz cum tertio aruo quod iacet in angulo. Et angulum cum agris pratis, et lacubus quæ iacent retro aquæ frigidæ vt ad

metas Lukanouice. Item appendium agri quod iacet pro-
pe fluuium Dunaiecz incipiendo à molendino Belkowski
vsq; ad metas Lukanouice. Quinque iugera agrorum tria
vsq; qua iacent prope Ciuitatem à strata incipiendo qua
itur ad Bochnia et protendunt se in longum et latitudi-
nem vsq; ad lutum nuncupatum Melsene et cum eo-
dem Cluto et Zischowki qua iacent prope iugera pra di-
cta. Alia duo iugera qua iacent transfusaliter inter-
dicta iugera et lutum supradictum cum alys duobus
arius qua iacent ex opposito luti iam dicti omnesq; singu-
los agros et agriculturas qua prius fuerunt diuisi per
medium cum Latka in vnum ac in simul coniungendo cu
omni circumferentia longitudine, rotunditate, in longum
protensa secundo quo ab antiquo sunt distincta et limitata
Omnes mensas panum, bancorum, carnium, sutorum fa-
brorum, Balneum liberum, nec non vbi sal venditur, et
omne artificium quod potest, vel poterit excogitari, vel
quod in foro commun venditur. Molendinum liberu
cum rippa libera fluuij Dunaiecz dictum Belkowski ad
metas Lukanouicze. Omnem superuenientem sextum de-
narium de sortis sub eadem ordinatione sextum sem-
per percipiet denarium, pro nobis fideliter quinque reser-
uatis. Et de omni iudicio ibidem iudicato tertium dena-
rium. Quæ omnia et singula debent esse libera à qua-
libet pensione, penitus absoluta et exempta. Item eidem
Aduocato supradicto suisq; successoribus, et Ciuibus Ciuitat
Voinicz, et suburbani in Zamoscie liberam voluntatem
indulgemus ad syluas circumquaq; iacen ligna et robo-
ra scindendi, et libere ducendi, et ad borram equitan-
di tantum quantum potest vno equo equitare à Voinicz
incipien vsq; ad aquam Petri, et ab aqua Petri vsq; ad
Brzedmica, et à Brzedmica vsq; post villam dictam Rudka

vbi iacent limitonum insignia vulgariter nuncupata Glin-
kei, quæ limitaciones per Generosum Andream Pelka pro
tuno Succamerarium Cracovien, per nos ad id deputatum
sunt distinctæ consignatæ, et limitatæ. Et cum venatioe
ommium et singularum bestiarum animalium, seu aviu
infra limitones Civitatis, et Suburby prædictorum. Horig-
tur de innata celsitudinis nostræ clementia ipsorum peti-
ciombus benigniter aclinati, prædictam literam privi-
legii originalem in ommbus suis punctis clausullis, arti-
culis, positiombus, et conditiombus, ratificamus, approba-
mus, confirmamus, et incorporamus perpetuæ et tenore
præsentium roboramus. Decernen ipsam robur perpetuæ
firmitatis obtinere. Qui quidem Advocatus noster eusq
posteri seruiet nobis nostris successoribus inregus valen-
te sex marcarum cum pileo ferreo, et syerotcis cum ar-
cu in nostris seu gubernatoris nri expensis ad quam-
libet expeditionem gnalem. Et hoc solum quando tota Ter-
ra Cracovien ad arma consurget. Eximen omnes et sin-
gulos perpetuis Civies et quosvis prædictorum Civitatis Vni-
mic? et Suburby Zamoscie incolas, ab omni iurisdictione
et potestate ommium et singulorum Regni nostri Palatino-
rum, Castellanorum, Capitaneorum, Judicum et Subiudi-
cum, et quorumuis officialium, et Ministerialium eorud
vt coram ipsis aut ipsorum aliqus pro causis tam ma-
gnis, quam paruis, puta furti, incendij effusionis sangui-
nis, homicidij membrorum mutilatione et quibusvis enor-
mibus excessibus, citati minime respondebunt, nec ali-
quas pœnas soluere teneantur, sed tantum prædictæ
Civitatis Cives et Suburby incole, et quilibet alj coram
suo Advocato qui fuerit pro tempore. Advocatus vero
coram nobis, vel nostro Judicio generali dum tamen
per nram lram nostro sigillo sigillatam euocatus fue-

rit, et citatus. Et hoc si in reddenda iusticia negligentes fo-
rent, et remissi, tunc non alio iure quam suo iure Theuto-
nico Nouifori, quod ius præsentibus transferimus in Mai-
deburgen, ommbus et singulis de se quærulantibus respon-
dere sunt astricti. In causis criminalibus, et capitalibus ci-
uitatis et suburbij Aduocato in metis granicziebus
